


+ MARCUM +

Et statim coegit discipulos suos ascendere nauem.
ut precederent eum trans fretum ad bethsaidã.
dum ipse dimitteret populum ·
Et cum dimisisset eos · abiit in montem orare ·
Et cum sero esset · esset nauis in medio mari · & ipse
solus in terra · & uidens eos laborantes in remigan
do · erat enim uentus contrarius eis · & circa quartã
uigilium noctis · uenit ad eos ambulans super mare ·
& uolebat praeterire eos · at illi ut uiderunt eũ
ambulantem super mare · putauerunt fantasma
esse · & exclamauerunt · omnes enim eum uiderunt ·
& conturbati sunt · & statim locutus est cum eis ·
& dixit illis · confidite · ego sum nolite timere ·
Et ascendit ad illos in nauem · & cessauit uentus · &
plus magis intra se stupebant · non enim intellexe
runt de panibus · erat enim cor illorum obcecatũ ·
et cum transfretassent perenerunt in terram
genesareth · & applicuerunt ·
Cumque egressi essent de naui · continuo cogno
uerunt eum · & percurrentes uniuersam regio
nem illam · coeperunt ingrabatis eos qui se male
habebant circumferre · ubi audiebant eum esse ·
& quocumque introibat · in uicos uel in uillas
aut ciuitates · in plateis ponebant infirmos · &
deprecabantur eum · ut uel fimbriam uestimen
ti eius tangerent · & quotquot tangebant eum
salui fiebant · ·

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
MANCHESTER
1824
The University of Manchester
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Copyright of The University of Manchester, John Rylands Library 2013
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/jrl_latin-ms-9/0133